



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

bilitationis ad hæreditatem secundum Imperialis. C. de imperial. ibi nam omni macula penitus deleta & sui quasi natalibus redditis, & Anch. in consi. 308. nu. 2. & Brunus consi. 1. & 3. & Deci. consi. 360. col. 5. & 6. nu. & Bal. in l. cum filius. ff. de test. milit. & Bal. late in l. re. pra. col. 2. C. de rescript. imperat. offerend.

REGULA CXLIII.

I Pallor & trepidatio in præsentatis & carceratis est inditium fallax, & debile, sed iudici arbitrium, quia sæpe uidemus, quod homines de proprio honore solliciti, dum in carceribus conspiciunt, nil aliud cogitant, nisi quantum labem sit ex ipsarum incarceratione allatura & quæ futura sit hominum opinio, sed quandoque extra propositum obloquuntur, & perditis fere sensibus delirant, & se mistulti fiunt, & tamen tanquam innoxii liberantur, ex carceribus & ob id discretus iudex debet animaduertere & esse multum circumspectus secundum Bal. in l. presbyteri col. 2. C. de episcopis & cler. nu. 2. quia dicit Lucas de Pen. in l. quortiens. nu. 42. de dignit. l. 12. quod erubescere, pallere & inconstanter loqui sunt signa male conscientia, & secundum Ouid. O quam difficile est crimen non prode uultu, & uide Gramm. uor. 30. nu. 4. & 5. & idem Lucas in l. euect. nu. 12. C. de cur. publi. l. 12.

I Fallit hæc regula in homine a natura pallido, quia paliditas cum sit a natura est, inuariabilis & immutabilis, nisi ultra paliditatem eueniret accidentia signa & in delicta proxima delicto obiecto, quia tunc esset aliud præsumendum secundum ea de quibus in l. fin. ff. de act. & obl. in fin. considerando tempora causas, & personas.

REGULA CXLIIII.

I Princeps in concessionibus nunquam intendit inferre iniuriam tertio tex. est & ibi glo. not. in uers. generali. C. si cont. ius uel pub. utilit. & l. i. §. merito. & §. si quis a princip